

7896.

1369 juni 12.

Montefiascone.

Påven Urban V ger välborna kvinnorna Birgitta, Ulf Gudmarssons änka i Linköpings stift, och hennes dotter Katarina, tillstånd att för sig och sitt hushåll låta fira gudstjänst i orter belagda med interdikt.

Avskrifter: [A] i Vadstena kloster stora kopiebok, hs A 20 (förr A 23), fol. 24v (det tredje brevet på sidan), Sv. Riksarkivet; [B] – med omfattande transumeringar – i Reg. Auin. 169, fol. 473v, ep. 228 (modellbrevet fol. 465v, till vilket hänvisas med kommentaren *mutato numero singularis in pluralis*), Vatikanarkivet.

Förtecknat: Celses Bullarium (1782), s. 131 nr 14.

Formulär: M. Tangl, Päpstliche Kanzleiordnung 1200–1500 (1894, nytryck 1959), s. 310 nr CX.

Se allmänna anmärkningar ovan.

Rubrik i A: *Quod beate Birgittae et Katerinae licet missam et alia diuina officia in locis interdictis coram se facere celebrari.*

Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei dilectis in *Christo* filiabus nobilibus mulieribus Birgittae relictae quondam Vlphonis Gudhmarsson viduae Lyncopensis dyocesis et Katerinae eius filiae salutem et apostolicam benedictionem<sup>a</sup>. Deuocionis vestre sinceritas promeretur, vt votis vestris in hiis presertim, que ad vestrarum salutem animarum cedere valeant, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati auctoritate vobis presencium indulgemus, vt, si forsitan ad loca ecclesiastico interdicto supposita vos contigerit declinare, liceat vobis et cuilibet vestrum in illis clausis<sup>b</sup> ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis<sup>c</sup>, non pulsatis campanis [et]<sup>d</sup> summissa voce<sup>e</sup> vobis et familiaribus vestris domesticis<sup>f</sup> missam et alia diuina officia facere celebrari<sup>e</sup>, dummodo vos vel illi causam non dederitis interdicto nec id vobis vel illis contigerit specialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. <sup>f</sup>Si quis<sup>f</sup> autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum apud Monte[m]flasconem<sup>g</sup> ij ydus Junij pontificatus nostri anno septimo.

<sup>a</sup> benedictionj A. <sup>b</sup> causis B (modellbrevet). <sup>c</sup> Föregås av felskrivet och överstruket expns B (modellbrevet). <sup>d</sup> Så B (modellbrevet) och formuläret, saknas A. <sup>e</sup> Ändrat från celebrare och förtydligt genom tillägg av ri över raden A. <sup>f-f</sup> Hopskrivet A. <sup>g</sup> Monteflasconem A.

<sup>1-1</sup> in tua et etiam familiarium tuorum domesticorum presentia i formuläret.